Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

rationabilium animalium uel etiam bestiarum in inferioribus
locis habent. et eorum maxime quorum feritatis saeui
tiam nec fidei dulcedo molliuit. superiores uero aliquan
tulo ab his qui licet minus rationis plurimum tamen
simplicitatis innocentiaeque custodiunt. et sic per singulos
habitationum gradus ascendentibus peruenitur ad ipsum
noe qui interpretatur requies uel iustus qui est xps ihs.
neque enim in illum noe conuenit quod dicit pater eius lamech.
Hic enim inquit requiem dabit nobis ab operibus et a tris
titiis manuum nostrarum et a terra quam maledixit
dns ds. Quomodo enim uerum erit quod ille noe requiem
dederit illi lamech uel populo qui tunc habebatur in te
ris. uel quomodo a tristitiis et labore cessatum est tem
poribus noe. uel quomodo ablatum est maledictum
terrae quod dederat dns. Ubi potius et iracundiae di
uinae maior ostenditur. et refertur dicere ds. quia paenitet
me quod fecerim hominem super terram. et iterum dicit. Deleam
omnem carnem quae est super terram. et super omnia summae
offensae
indicium interitus uniuersorum datur. si uero respicias ad
dnm nrm ihm xpm. De quo dicitur. Ecce agnus dei.
ecce qui tollit peccatum mundi. et iterum de quo dr. fac
tus pro nobis maledictum. ut nos de maledicto legis re
dimeret. et iterum cum dicit. Uenite ad me qui labo
ratis et onerati estis. et ego reficiam uos. et inueni